278 05

Benedictum Pruszenski iuridice clamat et non comparen super praedictis citatis et bonis eorum omnibus Vadium Capitanealem Centum Viginti Marcarum polon decernit. Et ad intromittendum ipsum Actorem in bona citati propria Ministerialem cum Nobilibus duobus addit et deputat. Et ne ea Intromissio per citatos impugnetur Vadia maiora Triplicata necnon quorum iidem citati Intromissionem venior suorum impedire non debeant sub poena Decreti sui vigore.

Skrzypkowski **Lucrum**

Super citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis Franciscus Joannes in Ktazow Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus. Tibi Nobili Mathaeo olim Alberti Skrzypkowski de Skrzypki haeredi ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nra Capitanealis authoritate mandamus Ut in Terminis Querellarum ac causarum officij Capitan Castren in Curia Regia Branscen feria secunda post datam praesentis citationis proxime celebrandis personaliter et peremptorie compareas. Ad instantiam Nobilis Petri olim Alberti Skrzypkowski de Skrzypki haeredis Actoris, qui te citat ideo. Quia tu in contrarium Libertatum et iurium Regni quibus thelonea in Pallatinatu Podlachiae sunt sublata ausus es in via libera bonorum Fazady equam coloris kari valoris Triginta floren polon in vim cuiusdam iniusti et abusivi thelonei recipere et exigere prout de facto recepisti et exegisti per quod poenam Mille Marcarum polon succubuisti ad quam super te et bonis tuis decernendam una cum restitutione Exacti thelonei citatus Judicialiter in Terminum attentaturus et responsurus. Datum in Curia Regia Branscensi Feria Secunda post festum Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo. Memoratus Actor suprascriptam citationem Ad officium praesens Castrense Capitaneale Branscense per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Pruszenski tenet Ultra iuris formam vicibus quatuor clamatum et non comparentem in lucro suo pro toto ex Regestri ordine admissioneque officij praesentis Judicio condemnavit.